

Eine Handschrift Peter Daniels.

Das alte Wort habent sua fata libelli ist zu seiner vollen Würdigung erst durch die moderne Philologie erhoben worden. In keinem alten Schriftstück kann heut zu Tage der Versuch einer kritischen recensio gemacht werden, ohne daß durch eine historische Untersuchung über die Ueberlieferung desselben ein fester Boden und ein Kanon für Textbearbeitung vorher gewonnen wäre. So erhebt sich allmählich ein Gesamtbild der günstigen und ungünstigen Geschehnisse, welche die Ueberlieferung der alten Klassiker erfahren hat, und durch dieses ergänzt und belebt sich die Geschichte der gelehrten Studien seit dem Alterthum. Schon rein praktisch genommen ist es oft genug von großer Wichtigkeit zu wissen, in welcher Umgebung ein Werk des Alterthums in einer Miscellanhandschrift auftritt: die kleinen Schriften des Theophrast sind in einer einzigen ungemein beschädigten Handschrift zu einer Sammlung vereinigt dem 15. Jahrhundert bekannt geworden, von den nicht seltenen jungen Exemplaren dieser Sammlung können wir kein Heil erwarten; um so mehr Ausbeute versprechen Handschriften, worin solche Theophrastische Monographien wie z. B. die Schrift *περι αἰσθησεων* vereinzelt auftreten, sie repräsentieren eine von den Schicksalen jenes Corpus unabhängige Tradition. Ein nicht geringeres Interesse bietet diese Frage für den historischen Gesichtspunkt. Und so brauche ich in diesem Falle keinen Leser dieser Zeitschrift erst daran zu erinnern, warum es sich verlohne zu wissen, in welcher Gesellschaft die Excerpte aus Sallustius und Petronius, den beiden Repräsentanten der archaischen und der plebeischen Prosa seit der Antoninenzeit, handschriftlich auftreten. Die Berner Handschrift n. 357, welche beide enthält, ist zwar schon von Bücheler z. Petron. p. XVII genau beschrieben worden, aber sie ist nur ein Theil eines umfassenden Miscellancodex, den es mir schon früher nach den Indicien des Formats, der Schrift und der Quaternionenzahlen, so weit das überhaupt möglich ist, gelungen war aus Handschriften derselben Bibliothek zu ergänzen. Erst später entdeckte ich dann zu meiner freudigen Ueberraschung eine jüngere Inhaltsangabe in einer dieser Hff., welche meinen Reconstructionsversuch völlig bestätigte. Ich will hier die Beschreibung jener Codices, wie ich sie Angesichts derselben faßte, unverändert mittheilen.

A

Cod. 347 s. X schedis 41 membranceis constat, forma uere quadrata, paginis bipertitis (nisi quod f. 9^r 22ⁿ 23^r 24—25 diagrammatum causa factum est ut paginarum partitio non observaretur). continet

1. *excerpta ex Macrobi in somnium Scipionis commentario f. 1—22^r.*

*f. 1 EX LIBRIS MACROBII AOB̄R | DE DIFFERENTIA STEL |
LARŪ · ETSID̄ERIO · | Nunc uideamus quae sint haec duo nomina f. 6 non pretereunda dicamus. = Comm. I 14, 21—20, 8.*

f. 7 ITE EIUSDEM · MACROBII | AM BROSI | DE SOLIS MAGTUDINE | Physici hoc maxime f. 11 nutu suo pondera. = Comm. I 20, 9—22, 13.

f. 12 DE MUSICO STELLARŪ · MODULAMINE | Quid hic inquam f. 22^a magna esse non poterit. Ut contentus potius conscientiae praemio gloriam non requirat. = Comm. II 1, 2—9, 10. in columna priore f. 22^r spatio VIII uersuum uacuo relicto sequitur in altera Si quis forte tendente penetrat. = Comm. I 3, 17—20.

2. *excerpta ex Plini nat. hist. libro II § 12. 32—36. 38. 39—44. 83—84. 59—62. 69—70. 63—64. 66—67. 68—69 (?). 71. 75—78. 80. 78. 79. 77.*

inc. f. 22ⁿ Inter caelum et terram certis discreta spatii f. 25^r Martis maxime inobseruabilis est cursus.

notanda sunt non solum Macrobianis sed etiam Plinianis diagrammata interposita.

3. *Nonii Marcelli capitis IIII epitomam*

*inc. f. 26^r INDEX EARŪ RERŪ QUAE HOC CODICE CON|TINEŪ ·
NONIUS MARCELLUS PERIPATHETIC · | TIBURGICENSIS DECOMPENDIOSA
DOCTRINA | PERLITTERAS ADFILIVM · Aduersum · contra significat.
Terentius adelphis f. 41^u M̄Tul · Eundem non medio-
cri pecunia sed etiam tenui percipere possumus = p. 232, 11—
411, 28.*

B

Codex 357 prorsus eodem habitu quo ille, schedis membr. 42 s. X continetur. inest

1. *glossarium graecolatinum breue, graecis uocabulis latine scriptis*

inc. f. 1 HAEC SVNT GRECA UERBA ET ALIQUA · | EORŪ (sic, non Latinorum ut Buechelerus p. XVIII tradidit, quamquam quaedam sane intermixta sunt latina) CV · GLOSIS SUIS ·

Abdomen pinguedo carniū

Absida lucida eo quod lumine accepto per arcum resplendeat
 f. 7^a Zelotypia dicitur furor cum rancore mentis
 accensus.

in spatio uacuo XI uersuum duabus aliis manibus explicatio
 hebraici Apethno et locus de animaduersione adscripta sunt.

2. glossarium latinum nondum editum, a Buechelero quan-
 tum scio et H. Hageno transcriptum. solet finito uocabulorum
 cuiusque litterae ordine spatium relinqui additamentis.

inc. f. 7^b Abba pater. Abi iulius mensis f. 28^r
 (excepto f. 25 de quo infra dicetur) Zoia (scr. Zodia) signa.
 EXPLICIUNT NOMINA

3. f. 28^r INT̄PRETATIONES . ALFEBETVM | HEBREORVM Aleph.
 mille uel doctrina Tau signum vel subter

III quae secuntur uersibus glossemata uaria ab eadem
 manu adscripta sunt, agmen claudit nota ex Prisciano excerpta
 de uerbo deficio.

4. aliquot orationes et epistulae ex Sallusti Catilina et
 bello Iugurthino excerptae, conlatae a C. L. Rothio Philol. XVII
 p. 154 sq. inc. f. 28^u EX HISTORIA SALUSTII CRISPI | ORATIOCA-
 TILINAE APUDCONIURATOS | Ni uirtus fidesque uestra
 f. 32^b memoria remanet aui mei Masinissae. = orationes Catil.
 20. 52, 2—36. 58. Iug. 10. 14. 102, 5—11. 110. epistulae Cat.
 44, 5. Iug. 9, 2. 24, 2—10.

reliqua erat quaternionis una scheda et particula f. 32^b
 his usus est posterior librarius sed idem decimi saeculi. ut ex-
 cerpta ex prisc. in lib. de temp. et breuem adnotationem ex
 Seruio in cōnto uirgil. lib. VIII adscriberet adhibitis saepe no-
 tis Tironianis. sed scheda illa, cuius una tantum pagina per-
 scripta, altera pars recisa est, bibliopegae culpa iam primae
 totius quaternionis schedae praemittitur (f. 25); debebant folia
 sic continuari

f. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 25.

5. Nonii Marcelli capituli IIII breuiati nouissima pars.
 inc. f. 33^r Tenet. sicuti est usu 34^r gemitu cum talia
 reddit. | EXPLICIT = p. 411, 32—421, 7. maior pars paginae
 34^r cum esset uacua, glossemata a duobus librariis uaria ascri-
 pta sunt.

6. excerpta ex Petronio a F. Buechelero diligentissime
 excussa

inc. f. 34^u PETRONII ARBITRI SATIRICON | Num alio genere
 furiarum f. 41^a Et ueniet clausum possidet arca Iouem.

interciderunt horum excerptorum schedae quattuor inter f. 34 et 35 quae mediae fuerant quaternionis VIII. earum duae hodieque in bibliotheca Lugdunensi seruantur, a Th. Mommseno detectae, cf. Buechel. p. XVIII.

8. *carmen de ponderibus et mensuris quod modo Remmio modo Prisciano adscribitur dimidiatum (u. 1—163)*

inc. f. 41^ub Pondera paeoniis ueterum memorata libellis f. 43^r Nec non et sine aquis. f. 43 altera pars recisa est, pagina uersa uacat.

C

cod. 330 eodem habitu atque codd. 347 et 357. egregius fons est orthographorum latinorum, iam Putschio, qui tamen longe afuit ut recte uteretur, a Bongarsio commodatus. continet

1. *Cassiodori orthographiam*

*inc. f. 1 INCIPIT PROLOGUS | CASSIODORIS ENA | TORIS SUPER ORTOGRAPHIAM | ABIPSO EX ANTIQUIS | COLLECTIO | CUM INTER | NOS talia gererentur f. 17^u cum nequissimis poenali societate coniungi; hunc cassiodori //// senatoris de orthographia librum * ex duodecim auctorum opusculis defloratum *, 'N' EXPLICIT' secuntur litteris uncialibus rubris perscripti notissimi hi uersus*

Me legat antiquas qui uult proferre loquelas

*Me qui non sequitur * uult sine lege loqui.*

2. *Bedae quae dicitur orthographiam (p. 2327—p. 2349, 10 Putsch.)*

*inc. f. 18^r INCIPIT ORTO | GRAPHIA QUAE EST | PERITIA SCRIBEN | Aeternus * aetas * aequitas * aeuum f. 34^a Ungo unxi * sine * u * Attamen ad nomen diriuatum unguentum * non ungentum dicitur: (f. 34^ub uacuum).*

3. *Capri orthographiam*

*inc. f. 35^r INCIPIT ORTOGRAFIACAPRI | Haec uia quo ducit dicimus (corr. ex ducimus) non ubi f. 37^ua Stillionem dico sine * e * littera * a similitudine stillarum.*

4. *ex eiusdem de uerbis dubiis libro excerpta*

*inc. f. 37^ua ITEM DE UERBIS * DUBIIS * | In singularibus uerbis multa dubie habentur f. 38^ua Pedagogus * Nutritor paruulorum * | EXPLICIT * | (post adscr.) hecho * imitatio uocis.*

5. *in pagina f. 37^ub uacua uersus Ausonii epist. 23, 28—29, deinde collecta ex Paulino Lucano Vergilio uerbi dirimo exempla, denique Martialis epigr. XIII 72 legitur (hoc indice Fasianus a Faside insula Graeciae deportatus | dysticon de ea).*

6. *Terenti Scauri orthographiam*

inc. f. 39^r INCIPIT LIBERTERENTII | SCAURI DE ORTOGRAPHIA | SCRIBENDIAUTEM RATIO | quattuor modis f. 43^ua quia

huius pusillitas sub ipso decentius prodire. quam percenseri poterat.

7. *Agroetii orthographiam truncatam* (p. 2265—2269, 25 P.)
inc. f. 43^a ITEMORTOGRAFIA AGROETII | domino eucherio
epo agroetius | Libellum Capri de ortografia misisti mihi
f. 44^b ueneunt si uenduntur. *adpictum est*: Dilectum a dili-
gendo Delectum a deligendo (ab///eligendo *cod. corr. ex abbe-*
ligendo). Delictum a peccando.

8. *incertum de orthographia tractatum seu potius farra-*
ginem f. 44^b usque ad f. 45^a. *adponam hoc loco, quoniam uel*
ex his ineptiis id certe utilitatis percipimus, ut librariorum
rationes cognoscamus.

JTEM ALIA

Religio ideo dicitur, quod animas religet ad cultum di-
uinum.

Scripti propterea per 'p' et 's' scribitur, quia apud
Grecos p et s una littera est quam uocant 'phi'

Ad illum uado, ad me uenit p. (*sic*).

Assiduus assecutus per duas 'ff' scribendum, ne praepo-
sitis nomini¹⁾ coniungatur. ideo et *accumulatus* per duas 'cc' et
aggestus per duas²⁾ 'gg'. sic et in similibus. et *ammonitus* per
duas 'm' et *annuit* per duas 'N'.

Impedit impendit per 'm' scribendum, ne si 'in' ponatur,
similiter et 'in' praepositio nomini copuletur. Ideo et *irritum*
per duo 'r'.

Complexus complectens per 'm' scribendum. *Contentus*
*ademptus*³⁾ sine 'p' scribendum, quia 'm' litteram putant posse
sufficere.

Atque per 't', non per 'd'; sic et in reliquis.

Exsuperat exsultat addito 's' scribi debet, ut non cor-
rumpatur nomen compositum ex duobus.

Diluculo per 'i' scribendum. *hactenus* per 'e', quia et *pube-*
*tenus*⁴⁾ dicitur.

Sinapi dicitur, non *sinape*.

Cum legerim, cum fecerim praeteriti est temporis, *cum*
legero, cum fecero temporis est futuri. sic in similibus.

*Praecipuae*⁵⁾ cum diptongo nomen est, sine diptongo
praecipue aduerbium est.

1) ad nomini *pr. m.* ad *erasum*.

2) duas *sic*

3) *CONTEM///RUF ADEM///RUF cod.*
be

4) *PURENUS cod.*

5) *PRECIPUAE cod.*

Nomina quaecumque nominatio casu in a terminantur, genitio in diptongo exeunt.

Omnes *dies*, omnes *homines*: haec omnia per e, quia nomina sunt; *dixistis feristis iussistis*: haec omnia per i, quia uerba sunt.

Aequus si de aequitate ⁶⁾, per a: *equus* si de animali, sine a scribitur. *Praemium praeceptum* cum a, *pretium preces* sine a.

Honus si de honore, per h; *onus* si de onere, sine h.

Seruos equos si de pluribus cum

Apostolis ⁷⁾, si necesse est sillabam diuidi, non 'o' et 's', sed s et t iunctum esse debet. Sic et *inconstans* et reliqua, quando 's' ante t litteram ⁸⁾ uenit.

Apud istud illud: omnia haec per d; *caput inquit* per T. *Externum* de extraneo, *esternum* de die.

Propter si diuidendae fuerint sillabae, p cum t iungi debet.

Haec *facies* hominis: haec *fax* facis. haec *sors* a sorte, non a sorde.

Gripes, non grifi.

fricum a frigore, *frictum* a frigendo.

EXPL · ñ ·

9. *scriptorem incertum de differentiis a Putschio ex hoc codice p. 2203—8 editum*

inc. f. 45^a INNOMINE · SALUATORIS · INCIPIT | DEDISSONANTIA SERMONVM | Inter auxilium et praesidium et subsidium f. 46^b rediuuium quod reuiuiscit.

alia manus in lineis uacuis haec subiecit

Plautus · Non omnes possunt olere ungenta exotica
Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura Iuuenalis
Antiquo antiquas · i · infirmo

10. *in f. 46ⁿ haec leguntur ex Augustino excerpta*

DE IURE BISSEXTI SCI AUG. incipit primus annus ab occasu solis usque ad occidentem solem eiusdem diei.

ITEM AUG DE SIGNIS · XII · Intrat sol in arietem inchoante prima hora noctis et exit de piscibus hora III · noctis plena · quae praecedit XV · K · aprl.

in spatio olim uacuo et in margine uarii poetarum loci ab altera manu s. X adscripti sunt.

Vel primo obtutu tres hos libros quiuus perspiciet ad unum

^e
6) equuf. dequirate cod.

7) plurib. cum apostohf. sic cod. hiatu facile explendo.

8) an| litteram cod. uolebat igitur an scribere.

codicem pertinuisse. is liber olim aliquanto quam qualis nunc habetur plenior, dissolutus et truncatus videtur ad Petrum Daniele Aurelianensem perlatus esse. post Iacobi Bongarsii negligentia factum, ut in tres codices hae reliquiae dissoluerentur. iam ut pristinum exemplar instauremus, auxilio est cum Nonii cap. IIII per cod. 347 et 357 continuatio, tum quaternionum numeri in octava quaque scheda extrema notati, tum uero indiculus quamvis non accuratus eorum quae tunc temporis in codice exstabant manu saeculi XIII aut XV in codicis 347 fronte scriptus:

§ liber macrobii de astronomia . . . Item . . . nonii macelli (*sic*) de compendiosa doctrina per litteras | Item eiusdem de proprietate sermonum . . . Item de diferencia (*sic*) similitum significationum | Item greca uerba cum glossis suis et [alfe]betum hebreorum. Item quaedam (ex *deest*) historia salustii crispi | Item orthographia cassiodori collecta ab ipso ex antiquis . . . Item orthographia quae est pericia scribendi | Item orthographia capri et orthographia terencii.

unde patet in fine uix quidquam desiderari, deesse Nonii cap. I de proprietate sermonum et anonymum tractatum 'de differentia similitum significationum', diuersum eum pariter a Nonii cap. IIII 'de uaria significatione sermonum' atque a tractatu 'de dissonantia sermonum' qui orthographis adhaeret. haec igitur pristini libri efficitur imago⁹⁾:

quat. I <i>deest</i> iamque saec. XIII aut XV <i>deerat</i>		
ternio II = cod. 347 f. 1—6	}	<i>eclogae Macrobianae</i>
fasciculus III ¹⁰⁾ = „ „ f. 7—19		
quat. (IIII) = „ „ {f. 20—22 ^a }	}	<i>eclogae Plinianae</i>
„ V <i>deest</i>		

9) quaternionum indices si recisa membrana deleti sunt, numeros uncis inclusi sic (IIII). ceteri omnes hodieque leguntur.

10) fasciculus III monstrum est compaginis XIII schedis constans. nimirum quaternioni

f. 7. 8. 9. 10. 11. 17. 18. 19 interpositus est ternio f. 12. 13. 14. 15. 16. x

cuius nouissima scheda excisa est. neque hoc turbati ordinis indicium est, sed unam quamque sequens scheda ita excipit ut sententia non interrumpatur. Quaternionis IIII schedae duae postremae excisae sunt.

quat.	VI =	cod. 347 f. 26—33	} Nonii Marcelli cap.
"	VII =	" " f. 34—41	
"	VIII =	{ cod. 357 f. 33—34 ^r	} IIII breuiatum
"	"	" " f. 34 ^r —36 ¹¹	
" (VIII) ¹² =	{	" " f. 37—41 ^u	} eclogae Petronianae
"	"	" " f. 41 ^u —43	
"	X	} <i>desunt</i>	} <i>ante Danielis aetatem hic legebatur</i>
"	XI		
"	XII		
"	XIII		
"	XVIII =	{ cod. 357 f. 1—7 ^u a	} glossarium graecolatium
"	"	" " f. 7 ^u b—8	
"	XV =	" " f. 9—16	} glossarium latinum
"	XVI =	" " f. 17—24	
"	"	" " f. 26—28 ^r b	
"	XVII ¹³ =	{ " " f. 28 ^r b	} <i>alphabetum Hebraeorum</i>
"	"	" " f. 28 ^u —32 ^u b	
"	"	" " f. 32 ^u b et 25 excerpta ex Prisciano	
"	XVIII =	cod. 330 f. 1—8	} <i>Cassiodori orthographia</i>
"	XVIII =	" " f. 9—16	
"	XX =	" " f. 17	} <i>Bedae quae dicitur</i>
"	XXI =	" " f. 18—24	
"	XXI =	" " f. 25—32	
ternio	XXII =	{ " " f. 33—34	} <i>orthographia</i>
"	"	" " f. 35—37 ^u a	
"	"	" " f. 37 ^u a—38	} <i>Capri de uerbis dubiis excerpta</i>
"	"	" " f. 39—43 ^u a	
"	"	" " f. 43 ^u a—44 ^u b	} <i>Terentii Scauri orthographia</i>
"	"	" " f. 44 ^u b—45 ^r a	
quat.	XXIII =	{ " " f. 45 ^r a—46 ^r	} <i>Agroetii orthographia dimidiata</i>
"	"	" " f. 44 ^u b—45 ^r a	
"	"	" " f. 45 ^r a—46 ^r	} <i>incerti de orthographia farrago</i>
"	"	" " f. 45 ^r a—46 ^r	
"	"	" " f. 46 ^u	} <i>incerti tractatus de dissonantia sermonum</i>
"	"	" " f. 46 ^u	
"	"	" " f. 46 ^u	} <i>excerpta ex Augustino</i>
"	"	" " f. 46 ^u	

Archetypum huius codicis quo tot scripta tam egregie propagata sunt nil nisi libros grammaticos (quat. V—XXIII) cum eclogis

11) de schedis IIII deperditis supra dictum est p. 416.

12) quaternionis VIII schedae octauae excisa est.

13) de schedis praue compactis supra dictum est p. 415.

Sallusti et Petroni complexum fuisse, afuisse ab eo conlectanea astronomica quae hodie in cod. 347 qu. II—VIII comparent, hoc luculenter demonstratur his uerbis quae in quaternionis VI (cod. 347 f. 26r) fronte leguntur 'index earum rerum quae hoc codice continentur'. antequam ad Bongarsium deuenirent, P. Daniels ut significari hae reliquiae fuerunt, quod docet eius manus nonnullis cod. 347 locis conspicua; oriundus autem codex fuit, si recte F. Buechelerus de Petronio coniecit (p. XVIII), ex coenobio Altissiodurensi.

§. Ufener.